



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses**

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Calvinus & Beza) vel ad sua placita stabilienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmanda ...

In Acta Apostolorum to. primus

**Stapleton, Thomas**

**Antverpiae, 1595**

Cap. 19.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39424**

CAP. XIX.

70. *His auditis, baptizati sunt in nomine Domini Iesu: & cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus Sanctus super eos.*

**E**st hic vnus locus pertinaciæ hæreticæ, & quàm cauteriata conscientia horum temporum hæretici Scripturas deprauât, memorabile exemplū. Quum enim perspicuè doceat discrimen baptismi Ioannis à baptismo Christi (quod discrimen illi non admittunt, partim ne baptismi Christi proprium effectum regenerationem spiritualem agnoscant; qui sanè Sacramenti effectus soli fidei iustificanti repugnat; partim vt baptismum nostrum non nisi poenitentia esse baptismum, sicut Ioannis erat, præterque baptismi Sacramentum nullum aliud poenitentia esse demonstrent) Patresque omnes vtriusq; baptismi discrimen ex hoc potissimùm loco confirmant; Origenes in Ioann. tom. 8. Hieronymus in Ioël. cap. 2. & in Dial. contra Lucifer. Chrysostomus hom. 40. in Acta, Oecumenius in hunc locum, qui Basilium, Nazázenum, Cyrillum, Athanasium, & alios Græcos Patres se sequi profitetur, & omnium maximè D. Augustinus tract. 5. in Euangel. Ioan. & cōtra Donatistas lib. 5. cap. 9. & cap. 11. & contra lit.

*Ioan. baptismum à Christi bapt. non differre, cur hæretici hodie voluat.*

Kk 4 Peti-

Scripturae  
ab hereti-  
cis corrup-  
ta memo-  
rabile ex-  
emplum.  
Hæretico-  
rum varia  
corrupte-  
la circa  
hunc unū  
locum.

1.

2. corrup-  
tela.

Petilianus lib. 2. cap. 32. Hæretici tamen mo-  
dèrni ad unum omnes vtriusque baptismi  
discrimen ex hoc loco probari pertinacissi-  
mè negat; ideoque hunc textum foedissime  
lacerant. Priores hæretici èd quòd in superio-  
ri capite, vbi de Apollo dicitur, *Scientiam  
tùm baptismi Ioannis*, nomine baptismatis to-  
ta Ioannis prædicatio & institutio intelli-  
gitur, quæ cum baptismo in aqua coniuncta  
erat; volunt etiam hoc loco quòd isti Ephesij  
*baptizati* dicuntur *baptismo Ioannis*, non  
de baptismo in aqua, sed de *sola institutione  
doctrinae Ioannis* intelligi. Huius corruptelæ  
primus author fuit Zyvinglius in com. ad  
Mare. cap. 1. quem sequutus est Bucerus in  
com. ad cap. 3. Matth. & Bullingerus in  
com. in hunc locum. Sed hæc foeda corrupte-  
la hoc vno verbo euincitur, quod sic *Ioan-  
nes Baptista* Ionnes prædicator, eiusque ba-  
ptismus mera prædicatio vocari debuit. Alij  
postea hæretici de Ioannis quidem baptis-  
mo in aqua factò sermonem hîc haberi fa-  
tentur; sed baptismum illum Ioannis non  
verum & germanum, ac in aliqua corrupta  
forma datum fuisse, vtpote in quo de Spiri-  
tu S. nihil esset dictum, affirmant; ideoque  
fuisse de nouo à Paulo baptizatos. Hanc  
corruptelam tradunt Lutherani Magde-  
burgenses Cen. 1. lib. 2. cap. 4. in tit. de ba-  
ptismo: & Martinus Chemnitius hunc sensum  
ex textu Græco colligi posse vehementer

ter contēdit: in Cēsura Conc. Tridēt. in Sa-  
 cramento baptismi. Atqui contra istos ait  
 Calvinus: *Quia nihil habet coloris hac coniectu-  
 ra, imò potius innuunt verba Pauli veros & ger-  
 manos fuisse Ioannis discipulos, & Lucas honorificè  
 vocat eos discipulos Christi, huic sententiæ non sub-  
 scribo.* Adhuc alij hæretici, admittētes quòd  
 vero baptismo Ioānis isti fuerint baptizati,  
 mox id quod dicitur, *Baptizati erant in nomine  
 D. Iesu, exponūt, institutos & edoctos: illos à Pau-  
 lo fuisse totam fidem de Christo: quam manife-  
 stam corrupelam his verbis reijcit Calui-  
 nus: Quidam baptismi nomen pro noua institutione  
 acceperunt: quibus non assentior, quòd eorum expo-  
 sitio, ut coacta est, effugiam sapit.* Tandem Cal-  
 uinus ipse non minùs absurdè quàm cæteri  
 verba hæc, *Baptizati sunt in nomine D. Iesu,* ni-  
 hil aliud vult significare, quàm quòd duo-  
 decim isti, audita Pauli prædicatione, acce-  
 perūt Spiritū S. sicuti supra cap. 1. dicitur, *Ba-  
 ptizabimini Spiritu S. non post multos hos dies.*  
 Quod autem apud Lucā sequitur, *Et quum  
 imposuisset manus Paulus, venit Spiritus super  
 eos, & loquebantur linguis, & prophēbant, exe-  
 geticè tantum dicit, & esse explicationem præ-  
 cedentis sententiæ, more Scripturæ, quæ, quòd  
 breuiter proponit, clariùs explicat.* Sed hæc vio-  
 lenta sacri textus contorsio facilè reijcitur.  
 Primùm, quia non dicit Lucas eos baptiza-  
 tos fuisse Spiritu S. sicut Act. 1. Christus lo-  
 cutus est, vbi propterea de visibilibus donis

3. cor-  
ruptela.

4. corrup-  
tela Cal-  
uino pro-  
pria,

Act. 1.

Caluini  
corrupte-  
la refuta-  
tur.

Spiritus S. agi perspicuum est, sed tacere de Spiritu discretissime baptizatos illos fuisse in nomine D. Iesu, quæ phrasîs perpetuè apud Lucam proprium Christi baptismum denotat, ut supra Act. 2. 8. 10. Et vide quam frigide hæc validissimam objectionem soluit Calvinus. *Si obijciat quispiam (inquit) baptizati nomen, ubi pro Spiritus donis ponitur, simpliciter, sed cum adiectione sumi; respondeo, contextu satis patere Lucæ mentem: deinde, Lucam alludere ad baptismum cuius meminerat.* Vide

Calvini  
ars & impostura.

impostoris fraudem. Duo videtur conciliari dicere, quum prorsus nihil dicat. Dicit et contextu patere Lucæ mentem. Sed quis sit ille contextus, & quomodo hoc pateat, nihil dicit, quia reuera quod diceret non habebat. Generali quadam propositione lectorem ludificat. Deinde, si Lucas alludit ad baptismum cuius meminerat, quærendum à Calvino de quo baptismo loquatur. Meminit enim certe Lucas baptismi in Spiritu Act. 1. sed adiecit perspicue, *Baptizabimini Spiritu Sancto*. Si ad illum alludit, cur non eandem adiectionem apposuit? Illa est obiectio ad quam Calvinus non respondet. Rursum meminit sæpe Lucas alterius baptismi Christo proprii, cuius quoties meminit (locis supra citatis) adiecit, *In nomine Domini Iesu*. Hanc particulam cum hoc loco adijciat, quis dubitabit non solum ad illum baptismum alludere Lucam, sed & illum ipsam

Act. 2. &  
8. & 10.

ipsummet designare? Sed de hac adiectione, *In nomine Domini Iesu*, in toto suo commentario ne vnum quidem verbum impostor Calvinus dicit. Deinde, de visibilibus Spiritus S. donis disertè subiungit Lucas per impositionem manuum Pauli illa data fuisse. Hæc autem dona visibilia rem fuisse à baptismo eiusque effectibus planè diuersam, multis modis manifestū fit. Primū, quòd tam ante baptismum vt in Cornelio Act. 10. quàm post baptismum, vt in Apostolis prius baptizatis in die Pentecostes, data aliquando fuerint. Deinde, quòd per impositionem manuum distincto Sacramento iam baptizatis dari solebant, vt suprà Act. 8. latè ostendimus. Rursum, quòd, & si cum ipso baptismo interdum darentur, tamen per diuersam ceremoniam impositionis manuum. Quare hoc loco baptizari dicuntur in nomine Christi, non à Paulo, sed ab alijs quibusdam: Spiritum S. verò accepisse dicuntur *per impositionem manuum Pauli*. Postremò, quòd cessantibus illis donis, baptismus nihilominus integer & perfectus manet, manifestè liquet baptismi proprium effectum illa dona non fuisse. Lucas igitur baptismum & Spiritus S. dona collata commemorans, illum *in Christi nomine datū*, hæc *per impositionem manuum Pauli collata*, diuersas ceremonias luculentissimè describit. Quæ hîc Calvinus contra diuersum impositionis

Alia impostura: textum sibi aduersantè dissimulat.

Spiritus S. dona visibilia à baptismo diuersa.

Ver 15.  
16.17.

s. corrup  
tela Beza  
propria.

fictionis manuum Sacramentum pluribus  
verbis garrit, supra ad Act. cap. 8. vbi ea-  
dem prorsus effutiuit, satis refutata de-  
dimus.

Post hos omnes Theodorus Beza tamen  
si Caluinum hoc loco *doctissimum interpre-*  
*tem* vocat, eius tamen relicta dementia,  
& suo quoque modo sapere volens, ait ver-  
ba illa Lucæ, *His auditis, baptizati sunt*, non ad  
istos 12. Ephesios quibus Paulus hinc loque-  
batur, sed ad illos qui audito Ioanne Bap-  
tista baptizati sunt baptismo Christi, referenda  
esse, & de illis, non de istis, intelligenda. Toti  
hominis disputationem, quam præter mo-  
rem prolixam hinc & accuratam (quantum  
ad rem præsentem pertinet) in mediũ pro-  
feram, expendam, & variæ vanitatis con-  
uincam. *Queritur* (inquit) *quid Paulum impule-*  
*rit vt ab Ephesijs quæreret, si Spiritum S. accepis-*  
*sent. Etenim si Spiritus S. nomine intelligatur vel*  
*ipse Spiritus S. vel eius donum, quo pius omnis, id*  
*est, verum Deum profitens, à merè profano sine ve-*  
*ra religionis ignaro dignoscitur, nimis absurdum fue-*  
*rit hoc quærere ex ijs qui iam pro discipulis non te-*  
*mere nec falsò haberentur.* Hanc non fuisse qua-  
stionis Paulinæ mentem, facile Beza con-  
cedimus; vnde illa Lutheranorum senten-  
tia refellitur, quæ adulterinum hinc quendam  
Ioannis baptismum somniant, sine vlla Spi-  
ritus doctrina acceptum, quo isti 12. Ephe-  
sij baptizarentur. Prosequitur Beza: *Sim verò*  
*de donis*

de donis illis extraordinarijs, vt donolinguarum & prophetia, quibus isti postea donati fuisse dicuntur ver. 6. hoc accipiatur, cur hac ex istis rogasse Apostolum dicimus, cum ea cunctis credentibus minime fuerint communia? Atqui tamen si praecise cunctis ea fortasse dona non fuerint communia, ad quaestionis tamen rationem sufficit, quod plerisque, & valde multis, illa dona vel pariter cum baptismo vel certe post illum per impositionem manuum adiectam (vt de Samaritanis à Philippo baptizatis legimus) illa dona conferebantur. Sanè vt per impositionem manuum illa dona conferri solebant, ita cum omnibus baptizatis illud alterum Sacramentum impendi solet, omnibus quoque discipulis seu baptizatis illa dona satis communia tunc temporis erant. Sed libentius fortasse huius Paulinae quaestionis rationem ex ipso Caluino audiet Beza, aut alius quispiam Calvinista. Ad illa Pauli verba, *An Spiritum S. accepistis?* ita scribit Caluinus: *Clausula historiae ostendit de specialibus donis hic à Paulo haberi sermonem.* Et paulò post proponit hanc quaestionem, fueritne tunc passim commune omnibus hoc Spiritus donum: cui sic respondet: *Fortè non gregarij fuerunt homines: vel quia in mediocri numero erant, hoc est, duodecim, quaerit Paulus an omnes donorum sint expertes.* Hæc & adhuc alia illic Caluinus, vt doceat, tamen si hoc fortè donum omnibus commune non erat, iusta tamen

tamen ex causa hac ratione Paulum hoc ab illis 12. quæ fuisse. Vana est igitur Beza subsequens conclusio, cui veluti fundamento suam postea singularem super texuit corruptelam, qua dixit: *Necesse est igitur fateri, non agi hic de peculiari quæpiam 12. hominum historia qui sunt ab Apostolo seu baptizati seu rebaptizati, neque de baptismo, sed de Ephesina Ecclesia primordiis, quum antea nulli fuissent illic ordine constituti priorum conuentus: ac proinde Apostolum percontari de donis quibus illos peculiariter solebat Deus ornare, qui gubernaculis Ecclesia admouebantur, num videlicet iam essent illis manus imposita, velijs saltem Spiritus S. donis præditi, ex quibus colligetur illos ad sacrum ministerium diuinitus vocari, veluti dono linguarum & prophetia. Hoc autem profecto, facile est intelligere quæ postea narrantur, & quantum Vetere præsertim à scopo & huius loci explicatione (quod eorum pace dictum sit) aberrauerunt. Hæc pro sua singularis deprauationis fundamento Beza. Quia dona Spiritus S. extraordinaria non erant omnibus communia, & dona Spiritus S. necessaria nemini Christiano erant negata, propterea Pauli questionem de neutro hoc genere, sed de donis Ministrorum verbi, & quæ illi per manuum impositionem accipere solebant, necessarium intelligendam esse concludit.*

Beza hoda deprauatio resutatur.

Sed non videt cæcus hæreticus, dona ista Ministris verbi propria, adhuc multo minus fuisse communia quàm dona illa

illa linguarum & prophetiæ; quando illa linguarum & prophetiæ dona quàm plurimis non verbi Ministris collata fuisse indubitatum sit; nisi fortè omnes in Cornelij domo baptizatos, & omnes in Samaria qui à Philippo prius baptizati per manuum impositionem Apostolorum hæc dona postea acceperunt, verbi Ministros & Ecclesiæ gubernaculis admosos fuisse, vesanus Beza affirmare velit. Deinde, commenti sui nullam profus rationem adfert, sed nuda sua affirmatione vel coniectura potius ponit: moxque infert, *hoc posito*, id est, suo commento stolidissimo semel admisso, *Veteres omnes à scopis huius loci aberrasse*, nec Veteres modò, sed & Calvinum ipsum, aliosque omnes Nouatores, quorum diuersas sententias nuper protulimus. *Hoc etiam posito, facile intelligi quæ sequuntur*, id est, suas, quæ sequuntur, corruptelas facile admitti posse. Sic isti nefarij homines, pro suo quilibet libito atque commento, Scripturas inuertunt, torquent, contorquent, deprauant.

Iam ad horum Ephesiorum responsionem, qua à Paulo interrogati *in quo baptizati essent*, responderunt, *In Ioannis baptismo*; *Aperitissima*, inquit Beza, *est responsio, qua significant isti se in baptismo professos fuisse doctrinam à Ioanne propositam, & adhibito baptismo, quo & ipsi baptizati fuerant, sancitam; vnde & Christum agnouerant, sed tenuiter admodum; nec ulterius audire*

ipso

Act. ix. &  
s.

ipso Christo, vel eius deinceps Apostolis, ut de apollo quoque paulò antè dictum est, progressi. Ex quo sequitur, mirum non fuisse, istos illum Spiritum ignorasse, qui non nisi à die Pentecostes fuisset missus. Hoc totum satis probabile est, & sareus hìc Beza istos 12. verè fuisse à Ioanne baptizatos, repudiata eorum sententia, qui baptismum Ioannis pro doctrina Ioannis accipiunt. Quod ut est verissimum, ita, quantum aduersus eum faciat, paulò pòst videtur. Mox de varia acceptione verbi baptismi multa commemorat, quæ veluti ad præsentem causam *παραπερὶ* prætermittimus.

Illud nunc videamus, quomodo superputido suo nuper posito fundamento textum propositum inuertat, atque peruertat. Ad illa verba, *His auditis, baptizati sunt in nomine Domini Iesu*, hanc annotationem ponit: *Id est, Qui verè Ioanni istum baptismum doceri crediderunt: & quod noster interpres vertit τὰ, his auditis; ille vertit, τὸ τὸ, qui illud didicerunt, sequutus (ut ait) suum vetustissimum codicem, & Arabicam interpretationem, de quibus fingere quicquid liber potest. Nam Syrum interpretem, qui vulgo extat, cum nostra lectione convenire fatetur. Omnes quoque Græci codices, qui extant, non aliter quàm noster legunt. Mox, absurdissimi sensus sui hanc vnicam rationem adfert, premit, vrget: *Sed illud condonari**

non potest, quo particula *de* omiſſa, vetus interpres Veteribus nimium multis prebuit maximi duplicis erroris occasionem, vt qui propterea Lucae hac esse verba credentes, & ad duodecim illos pertinere qui fuerunt rebaptizati, eo sunt dilapsi, vt aliud fuisse Ioannis baptisma quam Christi, & à Ioanne baptizatos oportuisse in Christi nomen rebaptizari existimauerint: errore certè non leui. De illa particula, *de*, postea videbimus. Nunc qua est huius Bezzæ arrogantiæ, veluti Aristarchum quendam veteres doctissimos Patres nuper à nobis citatos maximi duplicis erroris arguere, quia nouellus iste hæreticus duplicè audet, partim contra apertum Scripturæ Apostolicæ textum, partim contra vnanimè totius Catholicæ Ecclesiæ & veterum Patrum cōsensum, errorem sustinere? De textus præsentis corruptela postea: nunc pro errore non leui cōtra omnes Veteres aliter sentiētes ponit, diuersum fuisse Ioannis baptisma à Christi baptisate. Et quam tandē, obsecro, ob causam? Nam (inquit) vt alias certissimas rationes nunc omittam (id est, putidissimas cauillationes, à Catholicis scriptoribus sæpe refutatas, & nulla hîc commemoratione dignas) si verum est illud dogma, baptismum certè nostrum cum Christo cōmunem non habemus, vt apertissimè colligit in hūc locum doctissimus interpres: (Calvinus scilicet, à cuius sententia in huius loci explicatione totus dissiidet Beza) quum tamen illatum circumcissionē Patrum, tū nostrum baptismum,

Ll in sua

Bezzæ arrogantiæ.

*in sua carnis circumcisione & baptismo sanctificavit.*

**Beze sele** Hæc scilicet pulcherrima ratio tam pulchra  
**ta ex** Beze visa est, sicuti sua olim turpissima Pu-  
**multis cer** blicia Venere pulchrior videbatur, vt vnâ  
**tillimis** illâ prætermittere nõ potuerit. Nihil enim  
**rario me-** certè illa infirmius aut magis putidum. Nos  
**ra demē-** habere baptismum cū Christo communem,  
**tia** aded conueniens non est, vt etiam illud ex-  
 perere nefariū sit. Christus non fuit à Ioan-  
 ne baptizatus (sicut ceteri homines) vel ad  
 remissionē aliquam peccatorum per pœni-  
 tentiam & fidem in Christum, vel ad ipsam  
 pœnitentiam, quarum alterutra Christum  
 indignuisse nefas est cogitare, vnde ad illum

**Math. 3.** baptizari volentem dixit Baptista, *Ego debe-  
 à te baptizari, id est, per te remissionem pecca-  
 torum cōsequi, & tu venis ad me?* Sed par-  
 tim humiliatōis docendæ causa, partim vt in  
 illo baptismo Ioāni Christus perspicuè in-  
 notesceret, baptizari à Ioāne Christus vo-  
 luit. Vnde illi respondit Christus: *Sine modo,*  
 id est, permitte me ad tempus hanc humili-  
 tatem exercere. *Sic enim decet nos implere om-  
 nem iustitiam: id est, iustum & Deo gratum est,*  
 vt nos, qui sumus à Deo missi ad ceteros  
 omnem iustitiam docendos, opere quoque  
 præstemus quequid iustum & Deo gratum  
 est, etiam in rebus minimis. Nam & sic pater  
**Ioan. 13.** *discipulorum suorum lanare voluit, quum omnino  
 Dominus ac Magister esset.* Nos, si volumus  
 cōmunem cum Christo habere baptismum  
 ad eum

ad eundem quoque finem cum illo, non ad  
 alium quempiam, baptizari debemus. Chri-  
 stus quoque, ideo à Ioanne baptizatus fuerat,  
 ut per apparitionem descendens columbæ  
 sciret Ioannes quis ille esset qui verè bapti-  
 zaret. *Super quem videris Spiritum S. descenden-* Ioan. 1.  
*tem, & manentem super eum, ille est qui baptizat in*  
*Spiritu S.* Ut eodem baptismo baptizemur,  
 omnes Christi esse debemus, nō Christiani.  
 Postremò, Christus suo quidem baptismo,  
 quem à Ioanne accepit, aquas sanctificauit,  
 ut magno consensu Patres docent; sed bap-  
 tismo quem instituit, nō quem accepit, no-  
 strum baptismum docuit, & quis noster ba-  
 ptismus esse deberet, quantaque eius vis &  
 efficacia, expressit. Sanè ut Christo confor-  
 memur, Christi que membra simus, plus fa-  
 cit Christi institutio quàm actio, plus præ-  
 ceptum quàm exemplum. Nisi fortè quia  
 Christus & mortuos suscitauit, & super a-  
 quas ambulauit, & vendentes atque emen-  
 tes è templo eiecit, & solo verbo peccata re-  
 misit, & summa autoritate Phariseos &  
 Scribas in os increpauit, & deniq; mandata  
 dedit, Sacramèta instituit, Apostolos in or-  
 bē misit, id vniuersum à nobis quoque præ-  
 standum est. Tandem, si circumcisionem le-  
 galem sua circumcisione, sicut baptismum  
 nostrum suo baptismo, Christus sanctifica-  
 uit; hæc pulchra comparatio efficiet, ut non  
 secus circūcidi quàm baptizari debeamus.

Christi in-  
 stitutio  
 non actio  
 ad imita-  
 tionē nos  
 obligat.

Caluini  
 pulchra  
 ratio à Be-  
 za sic ada-  
 mata, quā  
 fœdū erro-  
 rem secū  
 trahit.

L 1 2

Quo

Quo potissimum argumento moti videntur  
Æthiopes, Moscovitæ, & alij barbararū gen-  
tium Christiani, qui pariter cum baptismo  
circuncisionem retinent. Sed de hac re satis.

Pergit Beza: Reiterationē autē baptismi etiam  
concederemus, minimē tamen inde colligere possent  
fanatici Anabaptista iterandum esse Christi bap-  
tismum. Atqui posito hoc infano dogmate,  
eundem prorsus fuisse baptismum Ioannis  
& baptismum Christi, si concedatur eos qui

Ioannis  
baptismū  
à Christi  
baptismo  
distingui,  
rebaptiza-  
tio hoc lo-  
co inuidē  
probat.

Ioannis baptismo iam baptizati fuerunt,  
Christi baptismo iterū baptizatos fuisse, in-  
uictē sequitur, eiusdem baptismi reiteratione-  
nem fuisse factam; & eundē baptismum ali-  
qua ex causa reiterari posse. Quare sapien-  
tissimus Doctor S. Augustinus huius conse-  
quentiæ firmitatem perspicicens, contra Do-  
natistas qui à Catholicis baptizatos rebap-  
tizabāt, & hoc potissimum exēplo demen-  
tiam suam fucabāt, ex hac manifestā veritatē  
que baptismi differentia illos perpetuò re-  
futat. In Euangelium Ioannis ita scribitur:

Tract. 5.

Quidam qui habebant baptismum Ioannis, iussu sunt  
à Paulo baptizari. Non enim habebant baptismum  
Christi. Sed hæretici baptismum Christi dederūt, quod  
baptisma non dedit Ioannes. Et paulò post hie-  
dem: Dedit baptismum Iudas, & non baptizatum  
est post Iudam: dedit Ioannes, & baptizatum est post  
Ioannem, quia, quod à Ioanne datum, Ioannis erat.  
Et rursum: Post Ioannem ideo baptizatum est, quia  
baptisma Christi non dabat, sed baptismum suum: quod  
sic ac-

sic ac-  
pop-  
nati-  
bapt-  
Añ-  
bapt-  
à Ch-  
pau-  
put-  
esse  
Ioā-  
à Pa-  
sa es-  
ciper-  
dem-  
acri-  
tiz-  
qua-  
adiu-  
M-  
dea-  
Ere-  
cibu-  
cessa-  
pa-  
qua-  
ri-  
dō-  
fide-  
bapt-  
prob-

sic acceperat, ut ipsi is esset. Hæc in concione ad  
 populū. Sed luculentius contra ipsos Do-  
 natistas scribēs: *Baptizatos à Paulo eos qui iam*  
*baptizati baptismo Ioannis fuerant, legimus in*  
*Actis Apostolorum, non ob aliud, nisi quia Ioannis*  
*baptismus non fuerit Christi baptismus, sed Ioanni*  
*à Christo concessus, qui propriè Ioannis diceretur.* Et  
 paulò post, hoc ipsum iterum acerrimè dis-  
 putans, & ostendens nullam aliā causam  
 esse potuisse, cur Ephesij illi post baptismum  
 Ioānis acceptum, Christi quoq; baptismum  
 à Paulo acceperint, cōcludit: *Quæ igitur cau-*  
*sa est, nisi quia bapt. sma quod illos iussit Paulus ac-*  
*cipere, nō hoc erat quod per Ioannem dabatur?* Eo-  
 dem modo contra Petilianum Donatistam  
 acriter disputat. Tantam huius consequen-  
 tiæ vim esse doctissimus iudicavit August.  
 quam vno verbulo reieciisse (nulla profus  
 adiuncta causa) satis esse putavit Beza.

Contr. Do  
 nat lib. 5.  
 cap. 9.

Ibidem  
 cap. 15.

Lib. 2. c.  
 12.

Nunc reliquam eius disputationem vi-  
 deamus. *Sed quaeso (inquit) quorsum hæc omnia?*  
*Eteim particula de, quæ in Græcis omnibus codi-*  
*cibus summo consensu legitur, & particula uer ne-*  
*cessariò responde: nullo modo, nullo (inquam) modo*  
*paritur, ut huius orationis seriem discerpamus,*  
*quasi prior pars Paulo, posterior sit ipsi Luca scripto-*  
*ri tribuenda. Ergo hæc quoq; Pauli verba sunt, cum*  
*doctrinam à Ioāne quidem annūciatam, ab istis verò*  
*fide apprehensam, ut verè Euangelicam, tum etiā*  
*baptismum istis collatum, ut verè Christianum, ap-*  
*probantis: quibus postea manus imponens, subsequen-*

L 1 3      tis de-

tis demum ijs donis quæ Spiritus S. nomine prius  
 significauerat, & de quibus fuerat eos percõratus, Ec-  
 clesiam Ephesinam constituit. Hæc est tota Beza  
 hoc loco disputatio, huiusq; loci vt nouella  
 ac singularis (reiecto ipso Caluino) ita ab-  
 surda & stolidæ deprauatio. Dixit illis E-  
 phesijs, quia de Spiritu S. nihil audiuisse re-  
 sponderant, Paulus, In quo ergo baptizati  
 estis? Qui dixerunt, In Ioannis baptismate  
 id est, Baptisma Ioãnis accepimus, & eo ma-  
 gistro discipuli Christi facti sumus. Dixit  
 autẽ Paulus: *Ioannes quidem baptizauit bap-  
 tismo penitentia populum, dicens in eum qui ventu-  
 rus esset post ipsum vt crederent, hoc est, in Iesum.*  
 Qui verò illud (ait Beza) id est, illam Ioãnis do-  
 ctrinam audierunt, baptizati sunt in nomine Domi-  
 ni Iesù. Hic sensus (ait Beza) necessariò ten-  
 endus est, propter illas duas particulas  
 & de, quidem & verò, à nostro interprete  
 neglectas, quæ sibi necessariò responderi  
 debet, vt sit vna & perpetua Pauli narratio  
 nec verba posteriora, *His auditis, &c.* sint Lu-  
 cæ historici verba, id narrantis quod finit  
 Pauli sermone sequutum est; sed Pauli ad-  
 huc verba suum sermonem prosequentis, &  
 id narrantis quod Ioannes Baptista suis dis-  
 cipulis facere solebat. Hunc sensum quanta  
 absurda sequantur, prius paucis docebo,  
 postea de illis particulis vanam Bezae  
 loquar demonstrabo. Primum, stante hoc  
 sensu Bezae, necessariò sequitur, *Ioannem bap-  
 tizasse*

Beza sin-  
 gularis  
 corrupte-  
 la refelli-  
 tur.

80

ptizasse in nomine Domini Iesu. Atqui hoc lo-  
 quedi modo solet Lucas vnicum Christi ba-  
 ptismū designare. Deinde, repugnat hæc for-  
 ma ipsi fini & instituto baptismi Ioannis à  
 Paulo hinc expressi. Ait enim Paulus quòd  
 Ioannes baptizauit *dicens vt in Christum ven-  
 turum crederent*: ergo in ipso nomine Christi  
 non baptizauit. Præterea, ex ijs quæ nuper  
 diximus, perspicuum fit, *baptizate in nomine  
 Christi*, nihil aliud significare, quàm in virtu-  
 te, potestate, & ex instituto Christi. Atqui  
 redemptione humani generis necdum per-  
 acta, & baptizandi potestate Apostolis nec-  
 dum data, in ea virtute, potestate, & institu-  
 to baptizare Ioannes non potuit. Non po-  
 test igitur vllò modo de baptismo Ioannis  
 intelligi *quod in nomine Domini Iesu baptizauit*.  
 His accedit, quòd iuxta Pauli verba dis-  
 cipuli illi Ephesij bis fuissent à Ioanne bap-  
 tizati. Ait enim Paulus, *Ioannem baptizasse  
 baptismo pœnitentiæ qui ad eum venerant*, simul  
 docendo vt in Christum venturum crede-  
 rent, & (iuxta Beza sensum) *discipulos eius,  
 qui hoc audierunt, ab illo baptizatos fuisse in nomi-  
 ne Christi*. Sic Ioannes, quos iam baptizauit  
 baptismo pœnitentiæ vt in Christum ven-  
 turum crederent, eos rursus baptizauit in  
 nomine Christi. Adhuc, si, quos Ioannes  
 baptizauit, *in nomine Domini Iesu baptizati  
 sunt*, interrogati isti Ephesij à Paulo in quo  
 baptizati essent, prorsus respondere debe-  
 bant,

Ll 4 bant,

2°

3°

4°

5°

- bant, *In nomine Domini Iesu, & nō, In baptis-*  
 6. *mo Ioannis.* Sed nec Paulo necesse fuisse  
 de baptismo Ioānis ad eius extenuationem  
 aliqua dixisse, docens, eum in Christi ven-  
 turi fidem baptizasse, & baptismo pœniten-  
 tiæ, non remissionis peccatorum, sicut Pe-  
 trus & alij Apostoli baptizarunt, multo mi-  
 nūs addidisse à Ioanne baptizatos in nomi-  
 ne Domini Iesu baptizatos fuisse, si prius  
 illorum responsum de baptismo Ioannis,  
 plenus ac perfectus Christi baptismus fuis-  
 set. Quis enim vel cæcus non videt, Pau-  
 lum, audito quòd in Ioānis baptisate ba-  
 ptizati fuissent, eius baptismi insufficien-  
 tiam docere voluisse? Lucam autem, quem  
 cum Pauli sermonem breuiter more suo at-  
 tigisset, quia de baptismo Ioannis longio-  
 rem Pauli sermonem inserere ad historiz  
 cursum non pertinebat, eo statim abrupto  
 ostēdisse Ephesios istos, *his auditis*, quæ Pau-  
 lus dixerat, confestim baptismo Christi, ad  
 quem Ioannis baptismus homines prepara-  
 bat, baptizatos fuisse? Porrò si iuxta Be-  
 zam adhuc pendet Pauli sermo, veluti nar-  
 rans quid Ioannes olim facere solebat, qui  
 fit vt loquēdi modum ita Paulus immutet  
 quumq̃ue prius dixisset, *Ioannes quidem bapti-*  
 7. *zauit,* &c. nunc de eodem Ioannis facto lo-  
 quens (vt Beza fingit) non dicit, Et sic audi-  
 tores suos Ioānes baptizauit in nomine Do-  
 mini Iesu; sed murato sermone dicit, *Illi re-*  
 8. *re, qui*

9.  
 id, qui Ioannem audierunt, baptizati sunt in nomine Domini Iesu. Hac enim loquendi forma perspicue insinuat, de alio nunc Paulum loqui baptismo quam prius loquutus fuerat, ponendo (vt dixi) Pauli esse illa verba, non Lucae. Postremo, si adhuc pender Pauli sermo, quae hinc esse potest cum sequenti versu connexio, aut quid facit illa coniunctio, & precedentem sententiam connectens? *Et quum imposuisset illis manus Paulus.* An non illa coiunctio manifeste docet, haec Lucae historici verba cum proximè praecedentibus eiusdem verbis connecti? *Baptizati sunt in nomine Domini Iesu: & quum imposuisset illis manus Paulus, venit in eos Spiritus S.* An non hinc multo rectius, quam fecit Beza, exclamare licebit: *Particula, &, quae in omnibus codicibus tam Graecis quam Latinis legitur, nullo modo, nullo (inquam) modo patitur, vt huius orationis seriem, quae illa copula connectit, discerpamus, quasi prior pars Pauli, posterior sit ipsi Lucae scriptori tribuenda?* His ergo de causis planè absurda & inepra est Bezae speculatio, & nihil aliud quam hominis pertinacis contra apertam veritatem affectata contentio.

Nunc de particulis illis *per* & *de*, quas ille tantopere premendas existimauit. Sanè aut crassam ignorantiam, aut cauteriatam suam conscientiam prodidit. Notissimè est, priorem particulam solius elegantiae causa frequenter interseri, & expletiuam esse, nò ad-

uerfa iuam; posteriorem quoq; nō esse ferre per aduersatiuam, sed frequenter transiōnis notam. Vtriusq; exempla ex ipso Luca (ne lōgius abeam) paucula proferam. Prioris exempla hæc sunt. Et quidem Lucas in exordio sui Euangelij ita loquitur: *Quoniam quidē multi conati sunt: vbi nulla sequitur antapodosis, aut aduersatiua particula. Cum eadem particula eodem modo & Actorum historiam exorsus est: Primum quidem sermonem feci de omnibus, & Theophile, &c. Mox Petrum ita loquentē inducit: Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis: vbi similiter nulla sequitur antapodosis. Rursum alio capite: Quem oportet quidē cælū capere. Et paulō post: Moyses quidē dixit, quoniam Prophetam suscitabit vobis Deus. Rursum alio in loco: Et ipsi quidem missi à Spiritu S. abierunt. Mox alio in capite: Et multi quidem crediderunt ex eis. Ad huc iterum eodem cap. Et tempora quidem huius ignorantia despiciens. Rursum cap. 26. 4. Et quidem vitam meam à iuuentute nouerunt omnes. Et paulō post vers. 9. Et ego quidem existimaueram me aduersum nomen Iesu debere multa agere. In his omnibus Lucæ locis (vt reliqua aliarum Scripturarū loca prætermittamus) particula *quidē*, non nisi elegantia sermonis causa, & veluti particula expletiva ponitur, absq; altera illa aduersatiua *sed*, quæ illi respōdeat. Sanè sic hoc in loco Paulus, Ioānis baptisma describens, eadem particula vsus est, ad narrationis*

rationis ornatum, veluti que distinguere illum baptismum volens à baptismo Christi, cuius acceptionem dona illa Spiritus S. visibilia communiter tunc temporis consequi solebāt, altero statim impositionis manuum Sacramento adiuncto. Sed quia vel Lucas (vr iam dictum est) totum Pauli sermonē referre non duxit operæ precii, vt in omnibus breuitati mirificè studet; vel quia Paulus ipse non insolito sibi anantapodoto vsus, ibi sermonem abruptit, absque aduersatiua vlla particula; ad id quod Pauli sermonem consequutum est, transit Lucas. Quam etiā ob causam noster interpres illam particulam sine culpa prætermisit, veluti quæ ad verborum Pauli sensum exprimendum non aded multum faceret. Eadem ratio est alterius particulæ δε: quæ haud dubiè hoc loco non vt aduersatiua, sed vt transitiva, nouèq; transitionis ad aliam narrationē nota (quod apud Lucam frequenter occurrit) ponitur. Actorum 2. capite, finita prædicatione Petri ad populum, ait Lucas, ἀκούσαντες δε κατένευσαν: vbi iterum optimè vertit noster interpres, *His auditis compuncti sunt*: omissa rursum particula δε, quia non erat aduersatiua particula, sed solum transitionis nota. Rursum cap. 4. finito alio sermone Petri, sic nouam narrationem orditur Lucas: λαλούντων δε αὐτῶν προς τον λαον: *Cum autem loquerentur ad populum*: sine vlla præuia particula μεν. Et paulò post

lò pòst similiter: Εγγελο δε ἐπὶ τὴν αὐριον: *Faſtium  
 est autem in crastinum, vt congregaretur principes,  
 &c.* Innumera sunt huius locutionis exem-  
 pla, quæ curiosius in medium proferrè penè  
 ridiculum fuerit. Si hoc loco finito Pauli  
 sermone ad istos 12. Ephesios, Lucas histo-  
 riam prosequens ait: Αὐθαυτὲς δὲ βαπτισθῆσαν.  
*His auditis, quæ Paulus dixerat, baptizati sunt.*  
 Planè eodem loquēdi modo quo idem Lu-  
 cas finito sermone Petri capite 2. scripserat:  
 Αὐθαυτὲς δὲ κατενόησαν: *His auditis, compuncti  
 sunt.* Quo utroque in loco particula δὲ sine  
 vlla textus iniuria prætermittitur. Vtroque  
 in loco particula δὲ non aduersatiua aliqua  
 particula, sed ad nouam narrationem transi-  
 tio est. Vtroque in loco non prioris sermo-  
 nis continuatio scribitur, (vt vult Beza) sed  
 noui facti cōmemoratio subiicitur. Et qua-  
 re Beza ad priorem locū Act. 2. cum nostro  
 interprete vertit, *His autem auditis,* & hoc lo-  
 co nostro interprete relicto, miro quodam  
 modo inuertit, *Qui verò (illud) audierunt,* & ip-  
 sū textui verbum (illud) inserere audeat, nisi quia  
 illic simplicem interpretem agere, hic verò  
 sectarium agere, & in sectæ suæ fauorē no-  
 uam versionem cudere voluit? Sanè iuxta  
 Bezæ versionē & sensum sic se habere Græ-  
 cus textus debuit: Οἱ δ' αὐτὸν ἤκουσαν: *Qui autem  
 illum (scil. Ioannem ita docerem) audierunt,  
 baptizati sunt in nomine Domini Iesu: vt sic cōsta-  
 ret Paulum adhuc loqui, & de Ioannis ba-  
 ptismo*

Beza ma-  
 leficioſum  
 manife-  
 ſtum.

ptissimo differere. Nunc autem etiam iuxta  
 ipsius Bezae adiectionem, non *αἰσῶν*, sed *τῶλο*,  
 vel *ταύλα*, legi debet; nec *ἤκουσαν*, sed *ἀκροαυτες*,  
 veluti de re presenti dicitur: vt necessariò  
 non de Ioanne Baptista olim docete, sed de  
 Pauli verbis iam auditis, hæc sententia in-  
 telligenda sit. Sic suprà cap. 5. de Apostolis Ver. 27.  
 accepta Angelica reuelatione dicit Lucas,  
*ἀκροαυτες δὲ εἰσῆλθον*: quod noster interpres  
 vertit, *Qui cum audissent, intraverunt*. At illud cor-  
 rigens Beza, ita vertit: *Illi verò quū hæc audis-*  
*sent, intraverunt*. Vide hominis prurium. Ean-  
 dem prorsus phrasim Græcam, *ἀκροαυτες δὲ*,  
 quū noster interpres vertit, *Qui cum audissent*;  
 ille vertit, *Illi quū hæc audissent*: Rursum quum  
 noster vertit, *His auditis*, ille vertit, *Qui cum*  
*audissent*. Sed vtroque agitur de eo audito  
 quod in præsentia dicebatur. Et paulò post Ver. 33.  
 eodem capite, *Ὅτι δὲ ἀκροαυτες διεπρόβηλο*, vertit  
 noster interpres, *Hæc quū audissent*; vertit Be-  
 za, *At illi his auditis*. Sed vtroque de ijs, quæ  
 eo tum tempore dicebantur, fit sermo. Quo  
 igitur colore aut qua apparentia in hoc 19.  
 cap. illud, *ἀκροαυτες δὲ*, ita inuertit Beza, vt  
 nò de re præsentī, & de verbis Pauli in præ-  
 sentia auditis, sed de doctrina Ioannis olim  
 tradita intelligi velit? Sed ad eius nouella  
 inuersionis absurditatem demonstrandam  
 ista possunt sufficere.

\*Ioannis  
 Baptismū  
 à Christi  
 baptismo  
 diuersum  
 fuisse con-  
 cluditur.

\* Tenendum igitur, & firmiter tenendum,  
 12. istos Ephesios olim à Ioanne baptizatos,  
 quia

quia iuxta illum baptismum *non nisi in Christo venturum credebant*; nec vlla Spiritus S. dona accipiebant, quia solus Christus erat qui in Spiritu S. baptizaret, vt ipse Ioannes suos discipulos docuit; nec Spiritus prius dari potuit *quàm Iesus esset glorificatus*, vt alter Ioannes scribit, fuisse propterea hac audita Pauli doctrina iussu Pauli *in nomine Domini Iesu* iterum baptizatos, id est, vero Christi baptismo donatos: eoq; facto Paulū ipsum vt Apostolum, *manus illis imposuisse*, vt Spiritus S. dona acciperent. Vnde ex hoc loco inuictè sequitur iuxta omnium veterū Patrum concordem sententiā, Ioannis baptismum à Christi baptismo toto genere fuisse diuersum. Quia hic vnus locus inuictè hoc demonstrat, propterea in hoc vno loco varijs modis exagitando, in varios ac diuersos sensus pro vario cuiusque hæretici cerebro pertrahendo, velutiq; dilaniando, ingenitè operam nostri temporis hæretici nauarunt; & post omnes alios suam voluit suffundere frigidam Beza, sodalium suorum effugia iam dudū à Catholicis scriptoribus plenissimè refutata aduertens. Sed & huius nūc nouella euasio quàm verè frigida & infalsa sit, cuius æquo lectori clarum & perspicuum esse confido.

13. Tentauerunt autem quidam & de circumuen-  
tibus Iudæis exorcistis, invocare super eos, qui  
habebant spiritus malos, nomen Domini Iesu.

**I**ndulge hic (de more) suo stomacho Cal-  
uinus; & arreptis istis Iudæis exorcistis,  
venenata sua spicula contra Christianorum  
exorcistas cōtorquet. *Sub regno* (inquit) *Chri-*  
*sti fecit praua ambitio, vt Christiani cū Iudæis cer-*  
*tarent.* Techna ista Calviniana, ars & fraus  
diabolica est; vt quacumq; in re veteris po-  
puli pietatē, ac diuina illic instituta, Ecclesia  
Christi Catholica piē ac religiosē imitatur,  
hoc Satan iste, ab illo principe Satana edo-  
ctus, *praua ambitionis calumnioso vocabulo*  
*traducatur.* *Creati enim* (inquit) *sunt hominum a-*  
*bitrio* (Ecclesiæ Apostolicæ iudicio dicere de-  
bit) *exorcista.* Deinde, *vt semper in deo erius pro-*  
*labi solet superstitio, hoc clericis suis omnibus com-*  
*mune esse voluit Papa, qui ad maiorem gradum pro-*  
*moendi erant. Postquam enim facti sunt ostiarij,*  
*extemplo illis coniuratio demonum mandatur.* Si  
hic exorcistarum gradus inter minores cle-  
ricales ordines ex Papæ voluntate ortus est,  
qui hoc suis clericis commune esse voluit;  
profecto Papæ fuerunt non Latinæ tantum  
& Occidentalis Ecclesiæ Sacerdotes omnes  
(vt suis hodie hæretici persuadere volūt) sed  
& Orientalis, Græciæ totius, ipsiusque Afri-  
cæ Sacerdotes omnes. Exorcistas enim inter  
minores ordines recensent, in Græca qui-  
dē Ecclesia, "Antiocheni & Laodiceni Con-  
cilij

Christia-  
norū ho-  
ris Calui-  
nus.

Exorcista  
rū ordinē  
Græca &  
Africana  
Ecclesia  
agnoscūt,  
nō Roma-  
na tantū.  
"Ant. cā.  
10.  
Laodic.  
can. 29.

Carth. 4.  
cap. 7.

cilij Patres ante annos plus mille ducentos  
in Africa verò Carthag. 4. Concilij Patres  
cui & B. Augustinus interfuit. Sed quod ro-  
ta per orbem Catholica seruat Ecclesia, hoc  
vnius Papæ voluntati tribuere solet Calu-  
nus, solent & alij horum temporum hære-  
ci. Porrò de Exorcistis inter Christianos

Antidot.  
Euang. in  
Matth. c.  
22. ver. 26.

multò illustrius quàm inter Iudæos, alibi  
contra Caluinum frequentia Antiquitatis  
testimonia produximus. Nunc quæ hinc  
Caluino sequuntur, videamus: *Ipsa autem ex-  
perientia planè se ridiculos faciunt. Fateri enim  
guntur, inanem & sine effectu se titulum conferrunt.  
Nam ubi facultas qua diabolos adiurent? Et ipsi  
oracula manifesto ludibrio suscipiunt munus quod  
nunquam exercent. Sed hoc scilicet iure accidit, quia  
nullus sit error: in finis, ubi à verba Dei discedunt.*

Caluini  
futilis dis-  
putatio.

Attende, Lector, quàm futiliter disputat  
quàm impiè garrit. *Vbi (inquit) facultas qua  
diabolos adiurent? Suscipiunt munus quod nunquam  
exercent. Sed vnde hoc Caluino constat? Cal-  
uinus nunquam vidit, aut factum audiuit  
ergo nūquam factum est. Calvinus si audi-  
uit factum, non credidit: ergo nunquam fa-  
ctum est. Ad corpora SS. Martyrum Ge-  
ualij & Protasij dæmones non sunt eiectiones*

† Ambros.  
epist. 85.  
\* Confess.  
lib.  
‡ In Apo-  
log. c. 32.

tametsi id † S. Ambrosius & \* S. August. fa-  
ctum attestetur, quia Ariani id factum non  
crediderunt. Christianis dæmones esse sub-  
iectos (vt † Tertullianus & alij cōtra infide-  
les Ethnicos fortissimè asseuerant) falsum  
est, quia

est, quia Pagani illud credere noluerunt. Similis omnino est incredula Caluini affirmatio. Nos verò, vt quod vidimus testemur, Romæ ante multos annos per exorcismos Sacerdotum eiecta dæmonia vidimus, & in illa sancta vrbe eiectionem dæmonum per exorcismos Sacerdotum rem esse frequentem, ac satis vulgarem nouimus. Sed & quosdam ex nostris Anglis cognoui, qui patrijs hæresibus imbuti Romam venientes, visis illic exorcismis dæmonū, Catholici in patriam redierunt. Porro tam in Gallia quàm in hoc Belgio quædam illustria huius rei exempla typis vulgata ad omnium notitiam peruenire potuerunt: maximè de Nicolaa illa demoniaca Lauduni per Episcopum loci liberata, aliquot hominum millibus respectantibus: quæ res viuo adhuc Caluino gesta ad eius aures facile potuit peruenisse: sed quia Gentili perfidia & Iudaica incredulitate oppletæ erant, quod audiuit, credere noluit. Sed an eius incredulitas cuiusquam fidem labefactabit?

Dæmonū  
exorcismus  
in  
Cath. Ec-  
clesia fre-  
quens.

An. 1566.

Deinde tamen si ista amplius non fieret, vel quia occasio faciendi non datur, vel etiam quia à quibusdā frustra tentatur; meminisse tamen Caluinus debuerat, quod in vniuersum de credentibus in eum Christus Dominus futurum prædixit: *Signa (inquit) eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, &*

Mat. 16.  
17.

Mm si quid

*si quid mortiferum biberint, non eis nocebit. Super  
aegros manus imponent, & bene habebunt.* Age et

go. Sicut contra exorcistas Sacerdotes, sic  
contra Christianos in vniuersum, veluti  
ter Iulianus, Porphyrius, Celsus, ritum  
suum canis Calvinus diducat, & dicat: *Ex*

*experientia p'ane se ridiculos Christiani faciunt. Sa-  
teri enim coguntur, inanem & sine effectu titulum  
Christum illis contulisse. Nam ubi facultas  
diabolo adiurent? Vbi sunt qui linguis loquuntur  
nouis, qui serpentes tollant? &c. Quod si verum*

*ipse in hunc locum Calvinus agnoscit*  
*ista ad singulos trahenda non sunt, sed ad testamta  
Christi gloriam satis fit paucos ex credentibus  
se hac facultate ornatos; quare similiter*

*agnoscit adiurandi daemones potestatem  
exorcistis in Ecclesia Christi specialiter con-  
cessam, nec absurdè nec frustra concedi, ne-  
meti pauci eam potestatem cum fructu ex-  
erceant? Sed perspicuum est, sicuti huius*

*modi dona credentibus promissa sunt, non  
omnibus promiscuè, sed quaedam his, quae  
dam illis, & quibusdam eorum nulla; non  
semper concedenda, sed ad fidei Christianae*

*in primis suis exordijs commendationem  
data erant: sic daemones exorcizandi potest-  
as clericali ordini data, nec à singulis ex-  
orcis exercetur, vel quia materia non con-  
fert, vel quia aut ipsorum aut aliorum me-  
dica fides huc fructum impedit, nec ut sem-  
per exerceatur necesse est, quia vel Christi*

*gloriam*

Caluini  
in cleru  
calumnia  
in omnes  
Christia-  
nos cadit.

In Harmo-  
nia ibidè.

Calvinus  
ex seipso  
refutatur.

gloriam his miraculis illustrari ubiq; locorum & quocumque tempore non est opus; vel arreptiij ipsi & dæmoniaci aliquo iusto Dei iudicio hoc remedio gaudere non permittuntur.

18. *Muli credentium veniebant cœnsuentes & annunciantes actus suos.*

**C**onfessionis peccatorum Sacramentalis, qualis in Ecclesia Catholica perpetuis temporibus in vsu fuit, quod hîc narrat Lucas, exemplum esse potest; maximè publica illius cōfessionis quæ in primitiva Ecclesia, non quidè pro quibusvis promiscuè peccatis, sed pro grauibus & enormibus flagitijs, idq; ex iudicio & arbitrio Episcopi aut Sacerdotis, diu admodum obtinuit. Cuius rei locupletissimi testes sunt antiquissimus Tertullianus, <sup>b</sup> Origenes, & <sup>c</sup> S. Augustinus. Talis publica, si non prinata & verè Sacramentalis, hæc confessio videtur fuisse. Primum, quia credentes iam & baptizati erāt, qui *actus suos confitebantur*. Nulla autem iam fidelibus & baptizatis alia in Christi Ecclesia peccatorum confessio in vsu fuisse legitur, quàm vel publica vel priuata Sacerdotibus Dei facta. Talem igitur hanc fuisse, rectè & probabiliter concludimus. Quis enim negabit multò rectiùs & probabiliùs, ex totius Christi Ecclesiæ consuetudine & vsu, sensum Scripturæ & facta Christiano-

Confessio peccatorū in prima Ecclesia.

a. In lib. de pœnitentia.  
b. Homil. 2. in Plal. 37.  
c. Hom. 50. ex Hom. 50. cap. 18

rum expendi & aestimari debere, quam et  
 priuatis nouelli cuiusque magistri suspicio-  
 nibus, quales hic multas huius temporis  
 haeretici depromunt, de quibus mox? Sane  
 nemo nisi qui vniuersam haec tenus Eccle-  
 siam in errore ac tenebris circa fidem cal-  
 gasse, impiè admodum, & Mahometicè pro-  
 tius quàm Christianè, velit affirmare. Tali  
 quippe assertio vt Lutheranis in hac causa  
 contra nos, & Caluinistis in causa Causae  
 Dominicae contra Lutheranos, sicutiam  
 Antitrinitarijs, nouisque in Polonia  
 Transilvania Arianis, contra vtrisque illa  
 sectas fauet ac patrocinetur; donec tandem  
 ad Mahometismum perueniatur: de qua  
 alibi diximus. Consuetudinis autem, quam  
 dixi, & perpetuae praxis in Ecclesia Dei ille-  
 stes & antiquissimi testes sunt praeter an-  
 dictos Tertullianum, Origenem, Augu-  
 stinum, locis citatis, idem iterum Origenes  
 lib. 2. in Leuiticum, idem iterum Augu-  
 stinus hom. 49. & 41. ex hom. 50. Cyprianus  
 serm. 5. de lapsis, & epist. 10. 11. 15. & 60.  
 Dionysius Areopagita in epist. 8. ad Demo-  
 philum; Hieronymus in cap. 10. Ecclesiasticae,  
 & in Matthaei cap. 16. Basilius in regulis  
 breuioribus ad interrogat. 288. Theodoretus  
 in epitome diuinorum decretorum, cap.  
 de poenitentia; Chrysostomus in Matt. hom.  
 10. & lib. 2. de Sacerdotio; Cyrillus in Ioa-  
 lib. 12. cap. 56. Leo Magnus epist. 80. & 90.

Cōfessio-  
 nis Sacra-  
 mentalis  
 testes ex  
 tota An-  
 tiquitate.

Omissa

Omnes isti Patres tum antiquissimi à 1200. annis, tū per Oriētē & Occidētē toto Christiano orbe dispersi, luculēti & perspicui testes sunt cōfessionis peccatorum Sacramentalis, quæ videl. à fidelibus Christianis non nisi Sacerdotibus Dei in Sacramento pœnitentiæ facta fuerit. Nos igitur, quum in Actis Apostolicis legimus *multos* fideles & *credentes* *venisse* (ad quem nisi ad Paulum, de quo hīc fit sermo?) ἐξομολογημένους καὶ ἀναγγελλόντας τὰς πράξεις αὐτῶν, *confiteētes & annunciantes actus suos*, utique malos, utique peccata, quam aliam cōfessionem & annunciationem intelligere possumus quàm huiusmodi, qualem in Ecclesia Catholica ab annis 1200. imò ab ipsa Apostolica ætate vsurpatam legimus, & ad nostra vsque tempora deductam cernimus? Deinde, quum Lucas duo dicat, ἐξομολογήσιν καὶ ἀναγγελίαν, *confessionem & annunciationem*, quarū prior adeò propria huic cōfessionis Sacramentali est, ut non solum Græci Patres eo semper verbo in hac causa vsurpent, sed & Latini Patres Tertullianus ac Cyprianus locis citatis, & Irenæus lib. 15. cap. 9. & lib. 3. cap. 4. cōfessionem Sacramentalem *exhomologesi* vocabulo ferè semper nuncupent: dubitari non debet, Lucam illo vocabulo cōmunem & notam pijs omnibus *confessionem peccatorum* designare voluisse. Et quum duobus vocabulis hoc factū exprimat, non est improbableè priori

Exhomologesi cōfessio Sacram. tam Latinis quàm Græcis Patribus.

vocabulo priuatâ & magis vulgatam peccatorum confelsionem, posteriori publicam & maiorem, nec nisi in magnis criminibus, & plerûque cum Ecclesiæ scādalo coniunctis, vsurpari solitam denotasse. Quod enim publicam cōfessionem priuata præcesserit, vt ex iudicio Sacerdotis, quod priuatim acceptum erat, vel ad Ecclesiæ satisfactionem vel ad pœnitentis ædificationem publicè annunciaretur, certum & manifestum est: ijs quæ scribit Origenes in Psalmum 37. & B. Augustinus homil. 50. ex quinquaginta Lucas ergo verbo, *ἐξομολογημένως, confitentes*, priuatam Paulo factam confelsionem notat; quod & verbi proprietates, quæ *foris sonant*, vt Suidas hoc verbum exponit, & Ecclesiastica eius vsurpatione demonstrant. Verbo autem *αναγγελλογες* publicam enunciationem significat. Nam hoc verbum, vt Græci omnes norunt, publicè aliquid proclamare & edicere significat; vnde & ipse Beza vim huius verbi explicans, ait, *homines publicè errata sua professos esse*. Sed si veritatis studiosus ac non apertus hostis ac scophanta Beza esset, de verbo *ἐξομολογημένως* (de quo negry quidem hoc loco) mulca ex Ecclesiastica antiquitate tractare potuisset. Caterùm non ille ad fidem Christianam illustrandâ, sed ad Geneuésium placita (Caluini maximè) stabilienda, suas illas Annotationes elaborauit.

Nunc

Homil. 2  
cap. 11.In verbo,  
*ὁμολογια*

Beza scophantia

Nunc quibus artibus hunc locum eludere horum temporum heretici conantur, videamus. Lutherus in sua noui Testamenti versione non actus suos, sed miracula sua, istos credentes annuntiasse vult. Cuius dementiam sequitur Brentius in huius loci commentario. Sed illam interpretationem vt penitus absurdam reijcit Bullingerus, vt in sua Cathena recitat Marloratus, satisque firmis rationibus refutat Rob. Bellarminus. Chemnitius primùm fugit ad cōfessionem peccatorum generalem qua Ecclesiæ Lutheranae vtuntur. Sed quum Lucas dicat quòd *actus suos confessi fuerint*, particularis propriorum peccatorum enumeratio manifestè indicatur. Quare addit postea, *aliqua quidem peccata confessos illos fuisse per modum exempli, non tamen omnia*. Atqui propositio illa indefinita prorsus æquiualeat generali, nisi fortè quum dixit Christus Magdalena, paralytico, hæmorrhoidis, *Remittitur tibi peccata tua*; aut quum nos quotidie oramus, *Dimitte nobis debita nostra*; aut quum Paulo dixit Ananias, *Surge, & baptizare, & ablue peccata tua*; aut denique quum de ipso Christo dicitur, *Ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum*; & iterum, *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi*; non omnia peccata designentur, sed quædam tantùm.

Vnus Calvinus accuratiùs (more suo) hunc locum tractans, multis contendit, ne

M m 4 pro

Hereticorum variaz corruptelæ reijciuntur.

Tom. 2. Controvers. 4. lib. 3. cap. 4.

Luc 7.

Matth. 9. & 6.

Act. 26.

Matth. 1.

Ioann. 1.

pro confessione Sacramentali, qualis in Ecclesia Catholica conspicitur, quicquam valeat. Postquam de causa huius confessionis facta, atque eiusdem utilitate, aliquid differuisset, quod ei totum libenter concedimus, suas corruptelas artificiosè aggreditur.

Calvini  
corruptelas  
artificiosas  
&  
operosas.

*Non communem (inquit) omnibus legem præscribit hinc Lucas, sed exemplum proponit, quod sequitur qui simili opus habent medicina. Quorsum enim isti facta sua confessi sunt, nisi ut penitentiam testimonium ederent, & consilium lenitionem peterent à Paulo? Diversa fuit eorum ratio qui eorum peccata sua confessi sunt, cum ad baptismum Ioannis accederent; Matth. 3. 6. Nam hoc modo profitentur, se non fictè initiari in penitentiam. Hoc autem ab una specie docet Lucas, quomodo Dei reverentia tacti fuerint fideles, ubi Deus severitatis sue exemplum illis proposuit. Quod hinc Calvinus de confessione peccatorum in Ioannis baptismo dicit, verum & certum est, nihil eam cum hac præsentem habuisse commune. Eius tamen facti exemplum ad confessionem Sacramentalè ostendendam rectè accommo-*

a. Hom. 10.  
in Matth.  
b. In reg.  
breuiorib.  
ad q. 238.  
\* Vox, multos, generalis exempli ratione non tollit.

*dant doctissimi Patres Græci, a Chrysostomus & b Basilius. Sed in reliquis non fallit Calvinus. Lucas quidem non præscribit communem legem, neque fortè præscribere potuit, sed quæ fuit Christianorum lex & consuetudo, hoc exemplo declaravit, ut supra à nobis ostensum est. Deinde, quod dicit \* multos, intelligendū quidem est non fuisse*

fuisse omnibus eandem causam & cōfitem-  
 di necessitatem, sed pariter intelligendum  
 est hoc exemplo doceri, omnes illos, quibus  
 eadem incumbit necessitas & causa, eodem  
 modo sua peccata cōfiteri debere. Alioqui,  
 quia in proxima sententia de ijs qui libros  
 suos magicos in publicum productos combu-  
 sserunt, non nisi multos hoc fecisse scribit  
 Lucas, an negari propterea debet commu-  
 nem hīc legē itarui de omnibus libris ma-  
 gicis meritō comburendis? Iam si hīc exem-  
 plum à Luca proponitur quod sequantur omnes qui  
 simili opus habent medicina; qui sit quòd in Ec-  
 clesijs omnibus Calvinisticis nulla planè ex-  
 erceretur peccatorū exhomologesis aut con-  
 fessio particularis, neque publica neque pri-  
 uata? An fortè nemo illic est qui simili opus  
 habeat medicina? An omnes puri ac sancti  
 sunt? Aut si valde impuri atque impij illic  
 satis multi inveniuntur, tamen exulceras  
 conscientias, quales istos credentes habuis-  
 se Calvinus iudicat, nulli illic habent, ideo-  
 que hac medicina, hoc consilio aut leuatio-  
 ne Pastorum suorum non indigent? Sic opi-  
 nor, quia propriæ salutis ex sola fide etiam  
 in medijs sceleribus fortis & indubitata  
 præsumptio, quam fiduciam & certitudi-  
 nem gratiæ vocant, eorum pectora occupa-  
 nit, possedit, tenuit. Quod tandem affirmat  
 Calvinus, non alia ex causa istos credentes sua fa-  
 cta confessos fuisse, nisi vt pœnitentiæ suæ testimo-

Caluini  
 effugium  
 Caluini-  
 stas con-  
 fundit.

Alia effu-  
 gia non  
 satisfaciūt

M m 5 nium

nū e dēre; & consiliū leuationēque à Paulo petere  
misera sunt & fallacia effugia. Quorsum  
fessi, quorsum ἐξομολογημένοι dicuntur,  
vox, exhomologesis satis ostendit. Exhomologesis

In lib. de  
orat. cap.  
6.

(ait Tertullianus scriptor antiquissimus)  
Ecclesiasticorū ritū scientissimus) est peti-  
venia; quia qui petit veniam, delictū confitetur.

Lib. 1.  
epist. 3.

Cypria. Primus ad indulgētiā gradus est, agnoscere  
delictum: vt confessionis peccati scopus

Serm. 5.  
de lapsis.

peccati venia ac indulgentia. Vnde alibi  
Confiteantur, quaeso, singuli delictum suum, dum  
huc, qui delinquit, in seculo est, dum admitti  
confessio potest, (& quare? sequitur) dum satis  
etio cuiusque & remissio facta per Sacerdotem  
grata est. Imò ipsa Scriptura apertè nos docet  
quorsum peccata confiteri debeamus

Psal. 31.

Dixi, pronuntiabo aduersum me iniustitiam meam  
& tu remisisti iniquitatem peccati mei. Denique  
Christus ad remissionem & veniam peccatorum  
consequendam Spiritum S. Apostolis dicit:

Ioann. 20.

Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis  
Reliqua à Caluino enumerata, confessionis  
quoque peccatorum fructus veri ac præcipi-  
ri sunt, vt studiosè annotarunt vetustissimi

Caluini  
astutia.  
Sacerdotis  
in confes-  
sione  
excipiēda  
præcipuū  
ritus.

Patres, Basilius, Cyprianus, Origenes, Hieronymus,  
Augustinus locis citatis. Sed vult  
Calvinus hos secundarios fructus enumerare,  
vt primarium ac præcipuum eludat  
Sacerdos autem in confessione peccatorum  
audienda non solum vt medicus corrigat  
vt magister docet, vt pastor consolatur, sed  
potissimum

potissimum vt iudex & arbiter à Christo constitutus, soluendi videl. atque ligandi accepta potestate examinat, cognoscit, absoluit. Hanc iudicalem potestatem apertissimè docent vetustissimi Patres: Augustinus admodum præclare in homil. 50. ex 50. cap. 11. & rursum de ciuitate Dei lib. 20. cap. 9. Hieronymus in Matth. cap. 16. Chrysostomus lib. 3. de Sacerdotio, & homil. 5. de verbis Esaiæ; Hilarius in Matth. can. 18. & 16. Cyprianus lib. 1. epist. 2. Basilius in regulis breuioribus ad interrogat. 288. Greg. Magnus homil. 26. in Euangelia.

Nunc, quæ in Caluino sequuntur, expendamus. *Quo maior (inquit) est Papistarum impudentia, qui hunc sive tyrannidi fucum inducunt. Quid enim auricularis confessio huic exemplo affine habet? Saluberrimam confitendi peccata necessitatem licentiosus hæreticus tyrannidem vocat. Sed hæc impiorum in Scripturis vox est: Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum.* Hoc verò exemplum auriculari confessioni ad eò affine esse, vt eam luculenter probet, in præcedentibus demonstratum dedimus. Quare & D. Basilius absque vlla impudètia ex hoc facto confessionis necessitatem infert. Quum enim dixisset, *Necessariò ijs aperiri peccata debet, quibus cre-* In regul. breuioribus ad interrogat. 288. *data est dispensatio mysteriorum Dei; subiungit: Siquidem rationem hanc in pœnitentia etiam veteres illos cernimus sequutos fuisse; quando & in*  

*Euangelio*

*Matt. 3. b. A. 19. d.* *Euangelio scriptum est, quod Ioanni confitebatur peccata sua, & in Actis Apostolis ipsis, à quibus etiam baptizabantur cuncti. Hæc ille. Non est verò in Actis Apostolicis alius præter hunc locus, in quo de peccatorum confessione mentio fiat.*

Sed vult Calvinus docere, impudens esse illos qui ad confessionem Sacramentalem in Christi Ecclesia vsitatam, hoc huius loci exemplum aliquo modo pertinere volunt. *Primum* (inquit) *fideles, quam miserè susceptam fidem decepti fuissent à Satana, producti in medium quibusdam exemplis confessi sunt: Patet autem lege, factorum dictorumque & cogitationum omnium enumeratio exigitur.* Ad hoc primum respondeo, credentes istos iam baptizatos & Christianos nullo modo ea confessos fuisse, quæ ante susceptam fidem patravissent (quorsum enim peccata iam per baptismum penitus abolita ac remissa credentes confiterentur? aut quorsum huiusmodi confessionem Christianæ religioni insolitam, & ipsi baptismi eiusque efficaciæ non obscure repugnantem, Actis Apostolicis Lucas insereret?) sed iuxta Christianæ religionis ritum, consuetudinem, Sacramentum, illam exhomologesin & cõfessionem peccatorum fecisse, quam credentibus & Christianis hominibus in vsu semper fuisse, tota Antiquitas Ecclesiastica summo cõsensu nobis demonstrat. An contra certam, claram,

Peccatorum  
confessio  
non fit de  
olim remissis, sed  
remittendis.

claram, & generalem totius Ecclesie pra-  
 xini vnus nouelli haereticus audax coniectura  
 praeualebit? Quid hoc aliud est quam  
 vniuersam fidem ac religionem Christia-  
 nam supe bis & callidis ingenijs penitus  
 despuendam ac dilacerandam exponere?  
 Negamus verò impio Caluino nudam ac  
 simplicem quam adfert coniecturam, nulla  
 ratione, nullo argumeto, sed nuda assertio-  
 ne munitam. Neque verò lex Papæ, sed  
 lex Christi, cui totius Catholicae Ecclesie  
 vnanimis consensus his 1500. annis acquie-  
 uit, in confessione Sacramentali factorum  
 dictorumque & cogitationum omnium,  
 quæ mortalis peccati reatum habent, enu-  
 merationem exigit. An verò Christus, quo-  
 rumcumque peccatorum solutionem & li-  
 gamen Apostolis suis eorumque successori-  
 bus committens, tam dicta quam facta, ip-  
 sasque aded cogitationes mortiferas non  
 comprehendit? Vt omnium ergo remissio  
 fiat, omnia cognoscantur oportet; nec abs-  
 que confessione aliqua in hoc Ecclesie foro  
 cognosci possunt. *Nos (ait D. August.) à com-  
 munionem prohibere (quod est peccatum liga-  
 re) quenquam non possumus, nisi aut sponte confes-  
 sum, aut in aliquo siue seculari siue Ecclesiastico iu-  
 dicio nominatum atque conuictum. Eadem est &  
 soluendi ratio, solui non posse, nisi qui pec-  
 catum sponte confessus fuerit. Et ad ipsa  
 cogitationum peccata quod attinet, sic an-  
 tiquis-*

Homil. 50  
 cap. 12.

Serm. 5.  
de lapsis.

tiquissimus & sanctissimus Cyprianus de sui temporis Christianis scripsit: *Quamvis nullo sacrificij aut libelli facinore constricti sumus, de illis loquitur qui tempore persecutionis aut idolis sacrificabant, aut datis libellis factum attestantibus sacrificasse sese simulabant, quia tamen de hoc vel cogitauerant, hoc ipsum apud Sacerdotem Dei dolenter & simpliciter confiteres, exhomologesin conscientie faciunt, animi sui pondus exponunt, salutarem medelam exquirunt. Hoc non ex Papæ lege, sed ex Christiana religione facta memorantur.*

Antithe-  
ses Calui-  
niana  
ineptissi-  
ma.

2.

Pergamus ad alias Caluini antitheses, quibus huc locum eludere adhuc conatur. *Hos semel legimus confessos esse, Papæ lex ut minimam quotannis repeti iubet. Mentitur ac fallit. Tamen si hos semel legimus confessos esse, quis tamen dubitat, quin simili recurrente causa iterum atque iterum confessi fuerint? Neque Papæ lex iubet quotannis repeti qui semel confessi fideles fuerant, sed iubet fideles qui toto reliquo anno negligentes fuerant, saltem semel in anno confiteri: nempe ubi se reos esse & clauium beneficio indigere deprehenderint. Sequitur alia antithesis:*

3.  
Confiten-  
di neces-  
sitas ex  
peccatis  
oritur &  
Christi le-  
ge, non ex  
lege Papæ.

*Hi sponte prodierunt, Papa necessitate omnes obligat. Iterum mentitur ac fallit. Nec Papæ, nec vlla Ecclesiæ lex, sed peccatoris ipsius iniquitas, & lex Christi de soluendis per Ecclesiam peccatis, confitendi necessitate obligat. Isti quoque sic sponte prodierunt, ut ad remissio-*

remissionem peccatorum suorum consequendam, ex Christi lege necessario prodire debuerint. Sequitur alia antithesis non minus insulsa ac puerilis: *Lucas multos venisse dicit, non omnes: in lege Papæ nulla exceptio.* Antithesis fatuitatem in simili ostendo. Lucas alio in loco dicit: *Multi eorum qui audierunt verbum, crediderunt.* Multos dicit credidisse, non omnes; in lege Caluini nulla exceptio. Omnes quippe qui verbum audiunt, credere oportere ait. Quicquid in hac antithesi ineptum est, idem in altera. Ineptum est, ex facto multorum, vnius loci ac temporis, vbi omnes credere noluerunt, generalem credendi necessitatem tollere. Similiter ineptum est, ex confessione multorum, vnius loci ac temporis, vbi non omnibus, sed illis multis confitendi necessitas incubuit, generalem confitendi necessitatem refutare. Rursum ineptum est, legem Caluini vocare, quæ lex Christi est, vt omnes verbum eius audientes credant. Similiter ineptum est, legem Papæ vocare, quæ lex Christi est, mittentis eos, qui à peccatis suis solui volunt, ad Apostolos suos, eorumque successores. Lex quoque totius Ecclesiæ Catholicæ est, omnium hætenus æratum & locorum, non vnius Papæ, vt suis miseris Calvinistis hoc modo loquendi Caluinus persuasit. Adhuc vna sequitur antithesis, in qua se acu rem tetigisse Caluinus existimauit, ideoque in  
 vltimum

4.

Act. 4.

5.

ultimum locum veluti aculeos relicturam  
 seruauit. *Isti* (inquit) *coram fidelium cœtu se ho-*  
*miliarunt, Papæ longè aliud mandatum, vt cla-*  
*cularijs susurris in aurem proprij Sacerdotis obmurmure-*  
*ret peccator.* Primum, quod de fidelium cœtu  
 Caluinus narrat, penitus exploratum non  
 est; quamuis, vt suprâ explicatum dedimus,  
 in verbo ἀγγελίας publicam coram toto  
 fidelium cœtu confessionem factam fuisse  
 intelligi posse existimamus. Sed vt hoc  
 Caluino damus, ita rursum in verbo ἐπι-  
 μολογησεως secretam confessionem soli Sa-  
 cerdoti factam ponimus; atque ita Calu-  
 ni antithesis penitus concidit. Vtrumque  
 quippe isti pœnitentes præstitisse videtur.  
 Deinde, vt Caluino demus non nisi publicam  
 coram toto cœtu factam hanc confessionem  
 fuisse, an ex ea tollitur confessio priuata?  
 Adeò sanè nō tollitur, vt maximè stabili-  
 tur? Nam vt nuper ex duobus grauissimis  
 Antiquitatis testibus Origene & Augusti-  
 no annotauimus, ipsam publicam confes-  
 sionem præcessit in veteri Ecclesia priuata  
 confessio; vt hac prius facta, ex iudicio pro-  
 prij Sacerdotis publica illa postmodum se-  
 queretur. *A Præposito sacrorum* (ait S. August.)  
*accipiat satisfactionis suæ modum; vt si peccatum*  
*eius non solum in graui eius malo, sed & in scandalo*  
*est aliorum, atque hoc expedire utilitati Ecclesiæ vi-*  
*detur Antistiti, in notitia multorum vel etiam totius*  
*plebis agere pœnitentiam non recusent.* Hæc ille.  
 Et

Cōfessio-  
 nem pu-  
 blicam  
 priuata  
 præcessit.

Homil. 50  
 cap. 11.

Et sanè vt publicam hanc confessionem factis diu in veteri Ecclesia vsurpatam fuisse, ex Tertulliano, Origene, Sozomeno, & alijs constat. ita priuatam soli proprio Sacerdoti factam non minùs antiquam & vsitam fuisse, ex Veterum testimonijs, quæ nuper protulimus, manifestè euincitur. Sed & huius antiquitatè illa vna Paganorum foeda sed celebris calûnia liquidò attestatur. Dicebant quippe, homines Christianos Sacerdotum suorum virilia adorare solere; eò videlicet quòd in templis ad Sacerdotum pedes illos geniculari vidissent. Vnde Tertullianus: *Exhomologesis* (inquit) *prosteruendi & humiliandi hominis disciplina est, conuersationem iniungens misericordiae illicem.* Rursum alio in loco hunc confitendi ritum describens, ait illud esse, *Presbyteris aduolui, caris Dei ad geniculari.* Sed & eo antiquior Dionysius Areopagita: *Tu* (inquit) *procidentem Sacerdotem Sacerdoti impium (vt ais) atque peccatorem nescio quo pacto contra disciplina ordinem astans calce abiicisti ac repulisti? cum ille quidem verecundè (quod oportuit) fateretur se ad peccatorum remedia querenda venisse.* Nempe propter hanc priuatam Sacerdoti faciendam peccati confessionem, cui etiam publica illa frequenter adiuncta fuit, Sacerdotibus ad genua proluuebantur fideles. Temporis tamen progressu Christiana fide ab omni hominum genere, peneq; toto orbe cognito, suscepta; Et

Confessionis priuata testimonia. Minutius Felix in Octauio.

Lib. de & humiliandi hominis disciplina est, conuersationem iniungens misericordiae illicem.

Epist. s. ad Demophilum.

N n publica

Epiſt. 80.

publica illa confefſio, veluti res ardua & odioſa, aut ceſſauit penitus, aut niſi rariffimè iniuncta fuit. Quare tandem quarto poſt Chriſtum ſeculo ita ſcriptum reliquit a quo decreuit Leo Magnus: *Reatus conſcientiarum ſufficit ſolis Sacerdotibus indicari conſeſſione ſecreta.* Sed horum omnium ignarus Caluinus, pulchram ſe antitheſim poſuiſſe arbitratus eſt, quòd iſta in Actis memorata conſeſſio publica fuerit, noſtra hodie priuata fiat. Nihil quippe eſt vna ignorantia audecius. Et tamen quaſi re præclare geſta, hoſtiæ que penitus debellato, ita concludit a triumphum canit Caluinus: *En quàm dextere Scripturam ad probandas ſuas fallacias accommodent.* Cui vno verbo reſpondemus: Habes, Lector, quàm dextere Caluinus antitheſis ſuas ad calumnias pertexendas accommodet: habes quàm varia futilitate luculentum iſtud conſeſſionis peccatorum exemplum eludere, inuertere, deprauare Caluinus contenderit.

23. *Facta eſt illo tempore turbatio non minima de via Domini. Demetrius quidam nomine argentarius, faciens ædes argenteas Diæ, præſtabat artiſicibus non modicum quaſum.*

Caluinus  
canis rhe-  
toricus.

**C**Aluinus ſcurra egregius, & vt ille olim Timon, canis rhetoricus, artis ſuræ ſpecimen hîc dare voluit. *Tumultuatur (inquit) Demetrius cū ſua manu: quia ſi tollatur ſuperſtitio,*

ex qua quæstū facere soliti sunt, opificiū ipsorū con-  
 cident. Ergo nō secus ac pro vita sua depugnāt, ne De-  
 metrius opima præda, alij quotidiano victu priventur.  
 Hæc omnia historiæ Apostolicæ conformia  
 ac vera sunt. Nūc quàm dextere ad suas fal-  
 lacias probandas hanc Scripturam accom-  
 modet Calvinus, & quàm egregiè scurrām  
 agat, attende. *Hodie (inquit) quis zelus Papam,  
 cornutos Episcopos, monachos, & totam cleri Papa-  
 lis colluviem instigat? Imò quis eos exagit at furor, ut  
 tam acriter Evangelio resistan? Iactant quidem se  
 pro fide Catholica decertare. Nec verò Demetrius  
 honesto prætextu carebat, cultum Dianæ obtendens.  
 Verūm res ipsa clamat, non tam pro aris ipsis quàm  
 pro focis pugnare, ut scilicet culinam habeant bene  
 calentem. Fædas in Deum blasphemias, modò nihil  
 minuant ex eorum proveniū, placidè dissimulant.  
 Tantūm in tuendis superstitionibus, quæ ad farinas  
 valent, sunt plusquam animosi. Et iterum paulò  
 post eiusdē Demetrii hypocrisis tractās: Nō  
 ab similibus (inquit) est hodie Paistarū ratio. Plenis  
 quidē buccis se fidei Catholicæ & S. matris Ecclesiæ  
 patronos esse iactāt: sed de suo zelo sic præfati, in ipsa  
 causa actione culinae nidore toto gutture spirāt. Hæc  
 canis iste. Sed quid ineptius aut magis ridi-  
 culum ab vno aduersario in alium dici po-  
 test, quàm quod totidē verbis in ipsum sta-  
 tim ab altero regeri queat? Putida hæc &  
 puerilis, sed à fœtida malevolentia cloaca,  
 Calvinī pectus totum occupante, profecta  
 accusatio, in ipsius caput commodissimè re-  
 geritur;*

Caluini  
Calinia  
in ipsos  
Caluini-  
stas verif-  
simè re-  
torta.

geritur; an etiam verissimè, ipse cum suis vi-  
derit. Hodie quis zelus Calvinum, Bezam,  
barbaros Ministros, & totà illam lacus Ge-  
neuensis colluuiem instigat? Imò quis eos  
exagitat furor, vt tam acriter Ecclesià Chri-  
sti Catholicam impugnent? Iactat quidem  
se pro Euàgelio decertare. Nec verò Deme-  
trius honesto prætextu carebat, cultū Diana  
obtendens. Verùm res ipsa clamat, non tam  
pro aris ipsis quàm pro focis pugnare, vt sci-  
licet culinam habeant bene calentem, vt ie-  
iunio & abstinentia eliminatis, carnis per-  
petuum nidorè culina sapiat, vt tota eorum  
charitas in cacabis ferueat, tota fides in culi-  
nis caleat, tota spes in ferculis iaceat, quo-  
rum Deus venter, pulmo templum, aquali-  
culus altare, Sacerdos coquus; qui vxorum  
amplexibus carere nō possunt, qui diuorij  
factis alias superinducunt, qui Dei legem vt  
impossibilem exhorrent, quorum doctrina  
carnalis, vètri & cupiditatibus subserviens.  
Fœdas in Deum blasphemias quas alij se-  
ctarij passim euomūt, modò nihil minuant  
ex eorum prouentu, modò ipsorum sectam  
non ladan, modò opimos patronos & he-  
roas (quos emungunt) ab ipsis nō diuellant,  
placide dissimulant. Et plenis quidem buc-  
cis se Euangelij causam agere, & Euangelij  
patronos esse iactat; sed de suo zelo sic præ-  
fati, in ipsa causæ actione culinæ nidorem,  
ventris curā, carnis libertatem toto gutture  
spirant.

Spirat. Hæc Calvinianæ hoc loco declamationi breuiter responsa sunt.

CAP. XX.

21. *Testificans Iudæis atque Gentilibus in Deum penitentiam, & fidem in Dominum nostrum Iesum Christum.*

**H**Vius loci tractatio Calviniana luculento erit documento, quanto in errore versantur, qui hæreticorum commentarios propter multa illis vilia permixta, resectis quæ nocere poterunt, legi cum fructu posse existimât. Hunc sanè locum ita tractat Calvinus, maximè circa pœnitentiã ac fidem à Paulo hîc prædicatã, vt, qui eã legat Catholicus, nō nisi orthodoxã in primis ac salutarẽ doctrinam ab illo tradi, saltem nihil ab eo noxium afferri, prorsus sibi persuadeat. Quum enim multa hîc dixerit in speciem optima, vel sensum habent latenter venenatum, vel, si purus eorum sensus est, aliquod semper toxicum proximè subijcitur, quo præcedentium verborum puritas penitus inficitur. Ad huius rei luculentum (vt dixi) documentum, huius loci explicationem seu corruptelam potius mirè fraudulêram & artificiosã præmittere nolui. Primùm de verbo *testificandi*, quo Paulus hîc vtitur, aliquid ob-

Hæreticorum commentarij quanto cum periculo leguntur.

Nn 3 seruat